

TRACTATUS VARII,

DE CENSIBVS

DD. *Virginij de Boccas, Io. Baptistæ Madij,
& Gasparis Antonij Thefauri.*

DE IVRE CONTRACTVS LIVELLARII

D. Casaris Manenti.

DE MONITORIIS

D. Petri Antonij Lazarij.

PRACTICABILES, ET OMNIBVS TAM IN FORO,
quàm in Scholis veriantibus, vtilissimi.

In quibus Questiones præcipue, ac difficiliore enucleantur.

Additis nunc Argumentis.

*Quibus omnibus accessit duplex Index, vnus scilicet Argumentorum, alter rerum
& materialium in dictis Tractatibus contentarum copiosissimus.*



num. 47. cap. 8.
num. 44.



AVGVSTÆ TAVRINORVM.

Apud Io. Dominicum Tarinum, MDCXII.



PERILLVSTRI,

AC REVERENDISSIMO

D. D. ABBATI IOANNI BOTTERO,

PATRONO COLENDISSIMO:

S. D. Ioannes Dominicus Tarinus.



NSCRIBVNT, qui volumina his, quorum perceptio in illis contentorum ad ipsos haud peruenire potest notari reperio, qui dicant ipsa intelligentibus illa quidem, sed quæ tamen vix eorum vitæ ordini congruant notas sibi iustè inultas non effugiunt, illi demum tale officium præstantes, erga eos, qui sibi dicata volumina; licet probè ab

illis intellecta non sunt attamen æquè probè, vt agnita ita recognita, quin debeant, & ipsi insimulari non animaduerto; Porro ipse dum tibi sanctum hoc de Censibus volumen à doctissimis simul, & integerrimis scientiæ iuris, Pontificaliçq; reuerentia obseruatissimis Sacerdotibus sapienter excogitatum, & à me fœliciter excussum tibi consecrauerò, quòd in nullam earum meritò notarum incidere queam ex mox dicendis clarissima lux effulgebit. Omniscius si quidem, & perfectè cum sis, literarumq; omnium linguarum artium, & scientiarum perpulchrè possessor instructissimus φειλολογος quippè procul à peruerlitate, omni humanitate refertus sine arrogãtia, Rethor sine adulatione, Poeta sine lasciuia, aut detractiõne, Dialecticus sine litigio, Memoriographus sine ostêtatione, salibus abundans sine scurilitate, Geometra sine iactantia, Cosinographus sine errore, Nauta sine piratarum raptu, Astronomus sine fallacia, Magus sine flagitio, Politicus non tamen edoctor, Iuriconsultus non versipellis; Denique Theologus ab omni hæresi remotissimus, qui

BULLA BEATISSIMI

PAPÆ PII V.

De Anno 1568.

PIVS Episcopus Servus
 servorum Dei ad perpe-
 tuam reuerentiam,
 Cū onus Apostolicae
 seruitutis obiectis cog-
 nouerimus, innume-
 ros celebratos fuisse,
 & in dies celebrari cō-
 suu cōtractus, qui ne dum non continentur
 intra limites a nostris antecessoribus eisdē
 cōtractibus, statutos; verum etiam, q̄ deter-
 rius est, contrarij omnino pactionibus pro-
 pter ardentem auaritiæ stimulum, legum
 etiam diuinarum manifestum contemptum
 præsterunt, non potuimus animarum, pro-
 ut tenemur, saluti consulentes, ac piarum
 mentium petitionibus etiam satisfaciētes,
 tam graui morbo, latitēroque veneno salu-
 tari antidoto non mederi: haec igitur nostra
 cōstitutione statuimus, censum seu annuum
 redditū creari, constitui ve nullo modo posse,
 nisi in re immobili, aut quæ pro immobili
 habeatur, de sui natura fructifera, & quæ
 nominatim certis finibus designata sit. Rur-
 sum nisi verē in pecunia numerata, præsen-
 tibus testibus, ac notario, & in actu celebra-
 tionis instrumenti, non autem prius, recepto
 integro iustoque pretio solutiones quas vul-
 gō anticipatas appellant fieri, aut in pactum
 deduci prohibemus. Conuentiones directē,
 aut indirectē obligantes ad casus fortuitus
 eum, qui aliās ex natura contractus non te-
 neatur, nullo modo valere volumus. Quem-
 admodum nec pactum auferens, aut res-
 tringens facultatem alienandi rem censui
 suppositam: quia volumus rem ipsam sem-
 per, & liberē, ac sine solutione Laudemij, seu
 quinquagesimæ, aut alterius quantitatis, vel
 rei tam inter vivos, quam in vltima volun-
 tate alienari, vbi autem vendenda sit, vo-
 lumus dominum census alijs omnibus præ-

ferri, ei que denunciari conditiones, quibus
 vendenda sit, & per mensem expectari, pacta
 continentia; morosum censum, & buoni tē-
 neri ad interesse lucri cessantis, & expensas
 medio iuramento creditoris liquidandas, aut
 rem censui subiectam, siue aliquam eius par-
 tem amittere, aut aliud ius ex eodem contra-
 ctu, siue aliud de eo acq̄situm perdere, aut
 in aliquam penam cadere, ex toto irrita sint,
 & nulla: imō, & censum augeri, & nouum
 creati super eadem, vel alia re in fauorem
 eiusdem, aut personæ per eam suppositæ pro
 censibus, temporibus vel pactionibus, vel futuri
 omnino prohibemus. Sicut etiam annua-
 rum pacta continentia solutiones onerum ad
 eum spectare, ad quem alias de iure, & ex
 natura contractus non spectarent. Postro-
 mō census omnes in futurum creandos non
 solum re in totum, vel pro parte perempta,
 aut infructuosa in totum, vel pro parte effe-
 cta volumus ad ratam perire, sed etiam posse
 pro eodem pretio extingui, non obstante
 longissimi etiam temporis, ac iam memorabi-
 lis, imō centum, & plurium annorum præ-
 scriptione, non obstantibus aliquibus pactis
 directē, aut indirectē talem facultatem au-
 ferentibus, quibuscunq; verbis aut clausulis
 concepta sint, cum verō traditione pretij red-
 ditus extinguendus erit, volumus per bime-
 strē ante id denunciari, cui pretium dan-
 dū erit, & post denunciam, intra annum ta-
 men, etiam ab initio pretium repeti posse,
 & vbi pretium, nec volens intra bimestrē sol-
 uat, nec ab inuito intra annum exigatur. Vo-
 lumus nihilominus, quando cunq; redditum
 extingui posse, præuia tamen semper denun-
 cia, de qua supra; & non obstantibus his, de
 quibus supra, idq; obseruari mandamus, etiā
 quod pluries, ac pluries denunciatum fuisset,
 nec vnquā effectus sequutus fuisset, pacta et
 continentia precij census extra casum præ-
 dictum



VIRGINII DE BOCCATIIS
A CINGVLO I. V. C. ROMANI

TRACTATVS DE CENSIBVS;
SVPER CONSTITVTIONE PII QVINTI,
MARTINI, CALISTI, ET NICOLAI,
Diuisus in tres partes.

In Prima declaratur textus Constitutionis Pij Quinti.
In Secunda soluuntur multæ Quæstiones.
In Tertia declarantur Constitutiones Martini, Calisti, & Pij.

Rubrica Constitutionis Pij V. super forma creandi census.

PIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI;
Ad perpetuam rei memoriam.

T E X T V S.



CV M onus Apostolicæ seruitutis obeuntes, cognouerimus innumeros celebratos fuisse, & in dies celebrari censuum contractus, qui ne dum non continentur intra limites à nostris antecessoribus eisdem contractibus statutos, verum etiam, quod deterius est contrarijs omnino pactionibus, propter ardentem auaritiæ stimulum, legum etiam diuinarum manifestum contemptum præferunt; non potuimus animarum, prout tenemur, salutem consulentes, & piarum mentium petitionibus etiam satisfaciētes, tam graui morbo letiferoque

CANONICARVM, ET PRACTICABILIVM QVÆSTIONVM.

Vtriusq; Fori tam interni, quàm externi.

Auctore.

PETRO ANTONIO LAZARIO PAPIEN-
I. C. & de Sacro Patriæ Theologorum collegio
Doctore, in cathedraliq; Canonico.

SECTIO PRIMA.

*In qua tractatur de Monitorijs, siue Generalibus Excommunicationibus ad finem
reuelandi, & declaratur præsertim; Quis Monitoria concedere possit,
quibus personis, & quorsum.*

QVÆSTIO I.

Monitorium vnde dicatur, &
quot modis sumatur.

SVMMARIVM.

- 1 Monitorium à verbo moneo derivat.
- 2 Monere aliquando præcipere significat.
- 3 Monitorium pro citatione, & mandato accipitur.
- 4 Monitorium, ut sumatur à Mando, in tract. de monitorijs.
- 5 Monitorium instar præcepti à quibus decernatur, & quotuplex sit.
- 6 Monitorium accipitur pro excommunicatione contra aliquem contumacem licta nominatim.

- 7 Monitorium hic pro generali excommunicatione ad finem reuelationis sumitur.
- 8 Excommunicationes generales Pauline cur dicantur.
- 9 Monitoria evangelicæ denunciationis vices obtinent.



I

ONITORIVM à verbo
† Moneo derivare, quod idem
significat, ac suadeo, prædico,
memorem facio, aduerto, do-
ceo tradit Quintil. Mandol.
de monito. siue literis ex-
curator q. 1. in prin.
Et sic accipitur a Cætuus. cap. 20. vbi D. Pau-
lus de Asia recessurus dixit maioribus na-
tu. Non cessavi die, ac nocte cum lachri-
mis monens vnumquemque vestrum, & c.
& 1. Corint. capit. 4. inquit. Non vteris fun-
dam vos, hæc scribo, sed vt filios meos cha-
rissimos moneo.

S 2

Mone.